

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6336

Auteur(s) : Guillaume le Moine, Rouen, Saint-Lô (chanoine)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1233, 26 septembre

Lieu d'émission : Rouen, prieuré Saint-Lô

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Sentence arbitrale qui adjuge à Saint-Lô le patronage de Sainte-Colombe.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. De Glanville Léonce, *Histoire du Prieuré de Saint-Lô de Rouen*, ses prieurs, ses privilèges, ses revenus d'après les documents authentiques tirés des archives de la Seine-Inférieure et mis en ordre, Rouen, E. Cagniard, 1890-1891, 2 vol., t. 2, pièces justificatives, n° XV f, p. 318-319.

Dissertation critique

Escrutevilla : Écretteville-lès-Baons ou Écretteville-sur-Mer (départ. Seine-Maritime, canton Valmont)
;Fovilla : Fauville ou Fauville-en-Caux, ch.-l. de canton (départ. Seine-Maritime)

Texte établi d'après a

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Guillelmus dictus Monachus, Robertus de Escrutevilla, Radulfus de Mesnillo, Iohannes de Fiscanno et Robertus de Yspania canonici Sancti Laudi Rothom. salutem in Domino. Super controversia que vertebatur coram de Ouvilla et de Basquevilla prioribus auctoritate apostolica inter priorem et conventum sancti Laudi Rothom. ex una parte et Gocelinum de sancta Columba militem et Guillelmum de Cuthbertivilla ex altera super iure patronatus ecclesie de sancta Columbe in Caeto super quo a iam dictis partibus prout in litteris utriusque partis sigillo sigillatis continetur in nos extitit compromissum. instrumentis igitur partium diligenter inspectis veritate negotii diligenter inquisita die ad terminandum arbitrium partibus assignata partibus presentibus habito prudentium virorum consilio arbitrium nostrum terminavimus et dictum arbitrium nostrum protulimus in hunc modum videlicet quod ius patronatus iam dicte ecclesie de Sancta Columba in Caeto de iure pertinet ad iam dictos priorem et conventum Sancti Laudi Et quod antecessores dictorum Gocelini et Guillelmi de Cubertivilla taliter fecerunt. quod illi nec heredes eorum in presentatione supradicte ecclesie nichil iuris habent unde super his Gocelino et Guillelmo perpetuum silentium imposuimus dictos priorem et conventum ab impetitione eorum super his absolventes. Et quia sigilla autentica non habebamus sigilla venerabilium et religiosorum virorum domini Nicolai prioris Sancti Audoeni Roth. et domini Iohannis prioris beate Marie Magdalene qui presentes erant in proclamatione dicti arbitrii presenti scripto procuravimus apponi. Interfuerunt et cum dictis partibus quando prolatum fuit arbitrium Michael de sancto Amando. Lucas de sancto Martino. Magister Balduinus. Laurentius de Fovilla. Nicolaus de sancto Stephano et Iohannes de Caste neto presbiteri Magister Laurentius de Vernone. Magister Guillelmus de sancto Audoeno. Magister Robertus de sancto Laudo. Magister Radulph de ultra Secanam magister Philippus et magister Guillelmus socius eius. Et magister Guillelmus Bodin

iuris periti. Et Robertus de sto Audoeno. Petrus de sancto Iacobo et Reginaldus Britonotarius et multi alii. Datum apud Sanctum Laudum, videlicet in grandi aula anno Domini m°. cc°. XXX° III° mense septembris tertia die ante festum beati Michaelis.